



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Unde pro sordidißimis quibusque officiis usurpatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

re. Itaque vilissimis servis ea cura mandabatur. In servis enim hic ordo erat, ut alii essent lautores, alii inferiore loco. Videri possunt quæ observata sunt Laurentio Pignorio in erudito commentario quem de servis dedit. Non nisi vilissimis vero mandabatur calceos purgare. Hinc sicuti calceos solvere pro vili ministerio usurpatur, quomodo Tibullus, cum vellet dicere ad omnia officia, etiam abjectissima, pauperem fore præsto, cecinit:

Aristoph.
Vesp.

*Vinclaque de niveo detrahet ipse pede,
calceos extergere pro vilissimo
ministerio veteres dixerunt. Apud
Aristophanem senex ille Philocle-
on, cum ostendere vellet vel
Theorum, hominem magni no-
minis, ad sordidissima quæque si-
bi præstanta paratum esse, dixit:*

*Α' οὐδὲ Θέωρος, καὶ τοι σὺν αὐτῷ Εὐφημίος
εἶδεν ἐλαύπτων,
Τὸν σωόγονον ἔχων ωκεανοῦ λεκάνης τάμ-
βαδῖ ήμῶν περικανεῖ.*

*Vel ipso Theorus, licet vir sit Euphe-
mio nihil minor, spongiam habens ex
pelvi*

pelvis crepidas nobis exterget. Ita David dixit, *Edomo projicio calceos meos*, nempe abstergendos, ut notet Edomæos ad tantam servitutem redactos, ut obirent hoc vilissimum & sordidissimum calceos detergendi munus, & essent tanquam *peniculus qui extergentur baxeæ*, ut Plauti verbis utar.

CAPUT NONUM.

Hebreæ genti cum in Arabia de-
sertis obambularet de victu &
vestitu prospexit Deus. Deut.
8. 4. & Neh 9. 21 בָּזֶבֶת est intu-
mescere. Singulare Dei benefi-
cium Deut. 29. 5. qui non passus
est vestes & calceos per quadra-
ginta annos deficere. Commu-
nis sententia calceos quibus ex
Ægypto discesserant Judæi per
tot annos integros servatos. Ab
ea dissensum. An vestes cum
pueris & infantibus creve-
rint? Futilis Judæorum sen-
tentia refellitur. Deus non

Q4 facit